# WHIT SATURDAY (EMBER SATURDAY OF PENTECOST)

Errors? help@extraordinaryform.org

In the Seventh Century, due to the postponement of the Ember fast, the station was at St. Stephen on the Collian Hill; in the Eleventh Century a return was made to the primitive place, St. Peter.

Of the five scriptural Lessons which precede the *Gloria in excelsis* of the Mass, some refer to the feast of Pentecost and some to the "fast of the fourth month," as St. Leo the Great calls it. In so doing, they represent a kind of compromise or fusion of the two rites. Formerly the vigil lasted throughout the night, and twelve lessons were read, both in Greek and in Latin; but in the time of St. Gregory the Great the vigil was shortened and brought within more reasonable limits, as we now find it in our present Missal.

Ordinations are held on this day, the various Orders being given as on the Ember Saturday in September.

The Paschal Season closes with the Mass. The Sacrifice of the Mass fittingly brings the holy season of Easter to an end. Our redemption is now accomplished, and the Holy Ghost has come as though to insure its lasting efficacy by means of the sacramental character which He impresses on our souls. This is the special prerogative of the divine Paraclete; His work is always definite, complete, and final, like a conclusion which follows inevitably and irrevocably on its premises. This is the reason why sins against the Holy Ghost can never find pardon; for they are the outcome of the final hardening of the soul in utter hatred of Supreme Love.

| | |
|---|---|
| **INTROIT Romans 5: 5**<br>Cáritas Dei diffúsa est in córdibus nostris, allelúja: per inhabitántem Spíritum ejus in nobis, allelúja, allelúja. (Ps. 102: 1) Benedic, anima mea, Dómino: et ómnia, quæ intra me sunt, nómini sancto ejus. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽcula sæculórum. Amen. Cáritas Dei diffúsa est in córdibus nostris, allelúja: per inhabitántem Spíritum ejus in nobis, allelúja, allelúja. | The charity of God is poured forth in our hearts, alleluia: by His Spirit dwelling within us, alleluia, alleluia. (Ps. 102: 1) Bless the Lord, O my soul; and let all that is within me bless His holy name. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The charity of God is poured forth in our hearts, alleluia: by His Spirit dwelling within us, alleluia, alleluia. |
| **COLLECT**<br>Méntibus nostris, quǽsumus, Dómine, Spíritum Sanctum benígnus infúnde: cujus et sapiéntia cónditi sumus, et providéntia gubernámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | We beseech Thee, O Lord, to pour forth into our minds the Holy Spirit, by Whose wisdom we were created and by Whose providence we are governed. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| **LESSON Joel 2: 28-32**<br>Hæc dicit Dóminus Deus: Effúndam Spíritum meum super omnem carnem: et prophetábunt fílii vestri et fíliæ vestræ: senes vestri sómnia somniábunt, et júvenes vestri visiónes vidébunt. Sed et super servos meos et ancíllas in diébus illis effúndam Spíritum meum. Et dabo prodígia in cælo et in terra, sánguinem et ignem et vapórem fumi. Sol convertétur in ténebras et luna in sánguinem: ántequam véniat dies Dómini magnus et horríbilis. Et erit: omnis, qui invocáverit nomen Dómini, salvus erit. | Thus saith the Lord God: I will pour out My spirit upon all flesh, and your sons and your daughters shall prophesy; your old men shall dream dreams, and your young men shall see visions. Moreover, upon My servants and handmaids in those days I will pour forth My spirit. And I will show wonders in Heaven; and in earth blood, and fire, and vapor of smoke. The sun shall be turned into darkness, and the moon into blood, before the great and dreadful day of the Lord doth come. And it shall come to pass, that every one that shall call upon the name of the Lord shall be saved. |
| **ALLELUIA John 6: 64**<br>Allelúja, allelúja. Spíritus est qui vivíficat: caro autem non prodest quidquam. | Alleluia, alleluia. It is the spirit that quickeneth: but the flesh profiteth nothing. |
| *(For the abbreviated form of this Mass, omit the following Collects and Lessons and Alleluias until the instruction to resume the abbreviated form is shown.)* | *(For the abbreviated form of this Mass, omit the following Collects and Lessons and Alleluias until the instruction to resume the abbreviated form is shown.)* |
| **COLLECT**<br>Illo nos igne, quǽsumus, Dómine, Spíritus Sanctus inflámmet: quem Dóminus noster Iesus Christus misit in terram, et vóluit veheménter accéndi: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | May the Holy Spirit, we beseech Thee, O Lord, inflame us with that fire which Our Lord Jesus Christ sent upon the earth and earnestly wished to be enkindled. Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| **LESSON**<br>**Leviticus 23: 9-11, 15-17, 21**<br>In diébus illis: Locútus est Dóminus ad Móysen, dicens: Lóquere fíliis Israël, et dices ad eos: Cum ingréssi fuéritis terram, quam ego dabo vobis, et messuéritis ségetem, ferétis manípulos spicárum, primítias messis vestræ ad sacerdótem: qui elevábit fascículum coram Dómino, ut acceptábile sit pro vobis, áltero die sábbati, et sanctificábit illum. Numerábitis ergo ab áltero die sábbati, in quo obtulístis manípulum primitiárum, septem hebdómadas plenas, usque ad álteram diem expletiónis hebdómadæ séptiniæ, id est, quinquagínta dies: et sic offerétis sacrifícium novum Dómino ex ómnibus habitáculis vestris, panes primitiárum duos de duábus decimis símilæ fermentátæ, quos coquétis in primítias Dómini. Et vocábitis hunc diem celebérrimum atque sanctíssimum: omne opus servíle non faciétis in eo. Legítimum sempitérnum erit in cunctis habitáculis et generatiónibus vestris: dicit Dóminus omnípotens. | In those days: the Lord spoke to Moses, saying, Speak to the children of Israel, and thou shalt say to them, When you shall have entered into the land which I will give you, and shall reap your corn, you shall bring sheaves of ears, the first-fruits of your harvest, to the priests, who shall lift up the sheaf before the Lord, the next day after the sabbath, that it may be acceptable for you, and shall sanctify it. You shall count therefore from the morrow after the sabbath, wherein you offered the sheaf of the first-fruits, seven full weeks, even unto the morrow after the seventh week to be expired, that is to say, fifty days; and so you shall offer a new sacrifice to the Lord, out of all your dwellings, two loaves of the first-fruits, of two tenths of flour leavened, which you shall bake for the first-fruits of the Lord. And you shall call this day most solemn and most holy. You shall do no servile work therein. It shall be an everlasting ordinance in all your dwellings and generations; said the Lord almighty. |
| **ALLELUIA Job 26: 13**<br>Allelúja, allelúja. Spíritus ejus ornávit cælos. | Alleluia, alleluia. His spirit hath adorned the Heavens. |
| **COLLECT**<br>Deus, qui, ad animárum medélam, jejúnii devotióne castigári córpora præcepísti: concéde nobis propítius; et mente et córpore tibi semper esse devótos. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | O God, Who for the healing of souls hast ordained the chastisement of our bodies by the devout exercise of fasting, mercifully grant that we may ever be devoted to Thee in both mind and body. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| **LESSON Deuteronomy 26: 1-3, 7-11**<br>In diébus illis: Dixit Moyses fíliis Israël: Audi, Israël, quæ ego præcípio tibi hódie. Cum intráveris terram, quam Dóminus, Deus tuus, tibi datúrus est possidéndam, et obtinúeris eam atque habitáveris in ea: tolles de cunctis frúgibus tuis primítias, et pones in cartállo, pergésque ad locum, quem Dóminus, Deus tuus, elégerit, ut ibi invocétur nomen eius: accedésque ad sacerdótem, qui fúerit in diébus illis, et dices ad eum: Profíteor hódie coram Dómino, Deo tuo, qui exaudívit nos, et respexit humilitátem nostram et labórem atque angústiam: et edúxit nos de Ægýpto in manu forti et bráchio exténto, in ingénti pavóre, in signis atque porténtis: et introdúxit ad locum istum, et trádidit nobis terram lacte et melle manántem. Et idcírco nunc óffero primítias frugum terræ, quam Dóminus dedit mihi. Et dimíttes eas in conspéctu Dómini, Dei tui, et adoráto Dómino, Deo tuo. Et epuláberis in ómnibus bonis, quæ Dóminus, Deus tuus, déderit tibi. | In those days, Moses said to the children of Israel, Hear, O Israel, what I command thee this day. When thou art come into the land which the Lord Thy God will give Thee to possess, and hast conquered it, and dwellest in it, thou shalt take the first of all thy fruits, and put them in a basket, and shalt go to the place which the Lord thy God shall choose, that His name may be invoked there; and thou shalt go to the priest that shall be in those days, and say to him, I profess this day before the Lord thy God, Who heard us, and looked down upon our affliction, and labor, and distress; and brought us out of Egypt with a strong hand, and a stretched-out arm, with great terror, with signs and wonders, and brought us into this place, and gave us this land flowing with milk and honey. And therefore now I offer the first fruits of the land which the Lord hath given me. And thou shalt leave them in the sight of the Lord thy God, adoring the Lord thy God; and thou shalt feast in all the good things which the Lord thy God hath given thee. |
| **ALLELUIA Acts 2: 1**<br>Allelúja, allelúja. Cum compleréntur dies Pentecóstes, erant omnes périter sedéntes. | Alleluia, alleluia. When the days of Pentecost were accomplished, they were all sitting together. |
| **COLLECT**<br>Præsta, quǽsumus, omnípotens Deus: ut, salutáribus jejúniis erudíti, ab ómnibus etiam vítiis abstinéntes, propitiatiónem tuam facílius impetrémus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | Grant, we beseech Thee, O almighty God, that, disciplined by these saving fasts and abstaining from all vices, we may the more readily obtain Thy favor. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| **LESSON Leviticus 26: 3-12**<br>In diébus illis: Dixit Dóminus ad Móysen: Lóquere fíliis Israël, et dices ad eos: Si in præcéptis meis ambulavéritis, et mandáta mea custodiéritis et fecéritis ea, dabo vobis plúvias tempóribus suis, et terra gignet germen suum, et pomis árbores replebúntur. Apprehéndet méssium tritúra vindémiam, et vindémia occupábit seméntem: et comedétis panem vestrum in saturitáte, et absque pavóre habitábitis in terra vestra. Dabo pacem in fínibus vestris: dormiétis, et non erit, qui extérreat. Auferam malas béstias, et gládius non transíbit términos vestros. Persequémini inimícos vestros, et córruent coram vobis. Persequéntur quinque de vestris centum aliénos et centum de vobis decem mília: cadent inimíci vestri gládio in conspéctu vestro. Respíciam vos et créscere fáciam: multiplicabímini, et firmábo pactum meum vobíscum. Comedétis vetustíssima véterum, et vétera novis superveniéntibus proiiciétis. Ponam tabernáculum meum in médio vestri, et non abiíciet vos ánima mea. Ambulábo inter vos, et ero Deus vester, vosque éritis pópulus meus: dicit Dóminus omnípotens. | In those days, the Lord said to Moses. Speak to the children of Israel, and tell them: If you live in accordance with My precepts and are careful to observe My commandments, I will give you rain in due season, so that the land will bear its crops, and the trees their fruit; your threshing will last till vintage time, and your vintage till the time for sowing, and you will have food to eat in abundance, so that you may dwell securely in your land. I will establish peace in the land, that you may lie down to rest without anxiety. I will rid the country of ravenous beasts, and keep the sword of war from sweeping across your land. You will rout your enemies and lay them low with your sword. Five of you will put a hundred of your foes to flight, and a hundred of you will chase ten thousand of them, till they are cut down by your sword. I will look with favor upon you, and make you fruitful and numerous, as I carry out My covenant with you. So much of the old crops will you have stored up for food that you will have to discard them to make room for the new. I will set My Dwelling among you, and will not disdain you. Ever present in your midst, I will be your God, and you will be My people, says the Lord almighty. |
| **ALLELUIA**<br>Allelúja.<br>*(Hic genuflectitur)* Veni, Sancte Spíritus, reple tuórum corda fidélium: et tui amóris in eis ignem accénde. | Alleluia.<br>*(Kneel.)* Come, O Holy Spirit, fill the hearts of Thy faithful; and kindle in them the fire of Thy love. |
| **COLLECT**<br>Præsta, quǽsumus, omnípotens Deus: sic nos ab épulis carnálibus abstinére; ut a vítiis irruéntibus páriter jejunémus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | Grant, we beseech Thee, almighty God, we may so abstain from bodily food, that we may in like manner fast from the vices that beset us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| **LESSON Daniel 3: 47-51**<br>In diébus illis: Ángelus Dómini descéndit cum Azaría et sóciis ejus in fornácem: et excússit flammam ignis de fornáce, et fecit médium fornácis quasi ventum roris flantem. Flamma autem effundebátur super fornácem cúbitis quadragínta novem: et erúpit, et incéndit, quos répperit juxta fornácem de Chaldǽis, minístros regis, qui eam incendébant. Et non tétigit eos omníno ignis, neque contristávit, nec quidquam moléstiæ íntulit. Tunc hi tres quasi ex uno ore laudábant, et glorificábant, et benedicébant Deum in fornáce, dicéntes: | In those days, the Angel of the Lord went down with Azarias and his companions into the furnace, and he drove the flame of the fire out of the furnace, and made the midst of the furnace like the blowing of a wind bringing dew. But the flame mounted up above the furnace nine and forty cubits: and it broke forth, and burnt such of the Chaldeans the king's servants as it found heating it. And the fire touched them not at all, nor troubled them, nor did them any harm. Then these three, as with one mouth, praised, and glorified, and blessed God in the furnace, saying: |
| **ALLELUIA Daniel 3: 52**<br>Allelúja. Benedíctus es, Dómine Deus patrum nostrórum, et laudábilia in sǽcula. | Allelúia. Blessed art Thou, O Lord, the God of our fathers, and worthy to be praised for ever. |

| | |
|---|---|
| *(Resume the abbreviated version of this Mass at this point.)* | *(Resume the abbreviated version of this Mass at this point.)* |
| **COLLECT**<br>Deus, qui tribus púeris mitigásti flammas ígnium: concéde propítius; ut nos fámulos tuos non exúrat flamma vitiórum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | O God, Who didst mitigate the fumes of fire for the three children, grant propitiously that the flame of sin may not consume us Thy servants. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| **EPISTLE Romans 5: 1-5**<br>Fratres: Justificáti ex fide, pacem habeámus ad Deum per Dóminum nostrum Jesum Christum: per quem et habémus accéssum per fidem in grátiam istam, in qua stamus, et gloriámur in spe glóriæ filiórum Dei. Non solum autem, sed et gloriámur in tribulatiónibus: scientes, quod tribulátio patiéntiam operátur, patiéntia autem probatiónem, probátio vero spem, spes autem non confúndit: quia cáritas Dei diffúsa est in córdibus nostris per Spíritum Sanctum, qui datus est nobis. | Brethren: Being justified by faith, let us have peace with God, through Our Lord Jesus Christ, by Whom also we have access through faith into this grace wherein we stand, and glory in the hope of the glory of the sons of God. And not only so, but we glory also in tribulations; knowing that tribulation worketh patience, and patience trial, and trial hope, and hope confoundeth not; because the charity of God is poured forth in our hearts by the Holy Ghost, Who is given to us. |
| **TRACT  Psalms 116: 1-2**<br>Laudáte Dóminum, omnes gentes: et collaudáte eum, omnes pópuli. Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus: et véritas Dómini manet in ætérnum. | O praise the Lord, all ye nations, and praise Him together, all ye people. For His mercy is confirmed upon us: and the truth of the Lord remaineth for ever. |
| **SEQUENCE**<br>***VENI SANCTE SPIRITUS***<br>Veni, Sancte Spíritus,<br>Et emítte cælitus<br>Lucis tuæ rádium.<br>Veni pater páuperum,<br>Veni dator múnerum,<br>Veni lumen córdium.<br>Consolátor óptime,<br>Dulcis hospes ánimæ,<br>Dulce refrigérum.<br>In labóre réquies,<br>In æstu tempéries,<br>In fletu solátium.<br>O Lux beatíssima,<br>Reple cordis íntima<br>Tuórum fidélium.<br>Sine tuo númine,<br>Nihil est in hómine,<br>Nihil est innoxium.<br>Lava quod est sórdidum,<br>Riga quod est áridum,<br>Sana quod est sáucium.<br>Flecte quod est rígidum,<br>Fove quod est frígidum,<br>Rege quod est dévium.<br>Da tuis fidélibus,<br>In te confidéntibus,<br>Sacrum septenárium.<br>Da virtutútis méritum,<br>Da salútis éxitum,<br>Da perénne gáudium.<br>Amen. | Come Thou Holy Spirit, come,<br>And from Thy celestial home<br>Shed a ray of light divine.<br>Come, Thou Father of the poor,<br>Come, Thou source of all our store,<br>Come, within our bosoms shrine,<br>Thou of Comforters the best,<br>Thou the soul's delightful guest,<br>Sweet refreshment here below.<br>In our labor rest most sweet,<br>Pleasant coolness in the heat,<br>Solace in the midst of woe.<br>O most blessed Light divine,<br>Shine within these hearts of Thine,<br>And our inmost being fill.<br>Where Thou art not, man hath nought,<br>Nothing good in deed or thought,<br>Nothing free from taint of ill.<br>Heal our wounds, our strength renew,<br>On our dryness pour Thy dew,<br>Wash the stains of guilt away.<br>Bend the stubborn heart and will,<br>Melt the frozen, warm the chill,<br>Guide the steps that go astray.<br>On Thy faithful who adore,<br>And confess Thee evermore,<br>In Thy sevenfold gifts descend.<br>Give them virtue's sure reward,<br>Give them Thy salvation, Lord,<br>Give them joys that never end.<br>Amen. |
| **GOSPEL Luke 4: 38-44**<br>In illo témpore: Surgens Jesus de synagóga, introívit in domum Simónis. Socrus autem Simónis tenebátur magnis fébribus: et rogavérunt illum pro ea. Et stans super illam, imperávit febri: et dimísit illam. Et contínuo surgens, ministrábat illis. Cum autem sol occidísset, omnes, qui habébant infírmos váriis languóribus, ducébant illos ad eum. At ille síngulis manus impónens, curábat eos. Exíbant autem dæmónia a multis, clamántia et dicéntia: Quia tu es Fílius Dei; et íncrepans non sinébat ea loqui, quia sciébant ipsum esse Christum. Facta autem die egréssus ibat in desértum locum, et turbæ requirébant eum, et venérunt usque ad ipsum: et detinébant illum, ne discéderet ab eis. Quibus ille ait: Quia et áliis civitátibus opórtet me evangelizáre regnum Dei: quia ídeo missus sum. Et erat prǽdicans in synagógis Galilǽæ. | At that time, Jesus, rising up out of the synagogue, went into Simon's house: and Simon's wife's mother was taken with a great fever, and they besought Him for her.  And standing over her, He commanded the fever, and it left her: and immediately rising, she ministered to them. And when the sun was down, all they that had any sick with divers diseases, brought them to Him:  but He laying His hands on every one of them, healed them. And devils went out from many, crying out, and saying: Thou art the Son of God. And rebuking them, He suffered them not to speak, for they knew that He was Christ. And when it was day, going out He went into a desert place; and the multitudes sought Him, and came unto Him; and they stayed Him that He should not depart from them. To whom He said: To other cities also I must preach the kingdom of God, for therefore am I sent. And He was preaching in the synagogues of Galilee. |
| **OFFERTORY Psalms 87: 2-3**<br>Dómine, Deus salútis meæ, in die clamávi et nocte coram te: intret orátio mea in conspéctu tuo, Dómine, allelúja. | O Lord, the God of my salvation, I have cried in the day and in the night before Thee: let my prayer come in before Thee, O Lord, alleluia. |
| **SECRET**<br>Ut accépta tibi sint, Dómine, nostra jejúnia: præsta nobis, quǽsumus; hujus múnere sacraménti purificátum tibi pectus offérre.  Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | That our fasts may be accepted by Thee, O Lord, grant us, we beseech Thee, by the grace of this sacrament, to offer Thee a clean heart.  Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| **PREFACE FOR PENTECOST**<br>Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, per Christum Dóminum nostrum. Qui ascéndens super omnes cælos sedénsque ad déxteram tuam, promíssum Spíritum sanctum (hodiérna die) in fílios adoptiónis effúdit. Qua própter profúsis gáudiis, totus in orbe terrárum mundus exsúltat. Sed et supérnæ Virtútes, atque angélicæ Potestátes, hymnum glóriæ tuæ cóncinunt, sine fine dicéntes: | It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: through Christ our Lord. Who, ascending above all the heavens and sitting at Thy right hand, poured out (on this day) the promised Holy Spirit upon the children of adoption. Wherefore the whole world doth rejoice with overflowing joy and the heavenly hosts also and the angelic Powers sing together the hymn of Thy glory, evermore saying: |
| ***COMMUNICANTES***<br>**FOR PENTECOST**<br>Communicántes, et diem sacratíssimum Pentecóstes celebrántes, quo Spíritus Sanctus Apóstolis, innúmeris línguis appáruit: sed et memóriam venerántes, in primis gloriósæ semper Vírginis Maríæ, Genitrícis Dei et Dómini nostri Jesu Christi: sed et beáti Joseph, ejúsdem Vírginis Sponsi, et beatórum Apostolórum ac Mártyrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomǽi, Matthǽi, Simónis: et Thaddǽi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiánis: et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis, precibúsque concédas, ut in ómnibus protectiónis tuæ muniámur auxilio. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen. | Communicating with, and keeping the most holy day of Pentecost, whereon the Holy Ghost appeared to the Apostles in countless tongues and also reverencing the memory, first, of the glorious Mary, ever Virgin, Mother of our God and Lord Jesus Christ: as also of blessed Joseph, Spouse of the same Virgin, of your blessed Apostles and Martyrs Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Thaddeus: Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and of all Thy Saints, through whose merits and prayers grant that we may in all things be defended by the help of Thy protection. Through the same Christ our Lord. Amen. |
| ***HANC IGITUR* FOR PENTECOST**<br>Hanc ígitur oblatiónem servitútis nostræ, sed et cunctæ famíliæ tuæ, quam tibi offérimus pro his quoque, quos regeneráre dignátus es ex aqua, et Spíritu Sancto, tribuens eis remissiónem ómnium peccatórum, quǽsumus Dómine, ut placátus accípias: diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatióne nos éripi, et in electórum tuórum júbeas grege numerári:  Per Christum Dóminum nostrum. Amen. | We therefore beseech Thee, O Lord, graciously to accept this oblation of our service, as also of Thy whole family, which we make unto Thee on behalf of these whom Thou hast vouchsafed to bring to a new birth by water and the Holy Ghost, granting them remission of all their sins: and to dispose our days in Thy peace, preserve us from eternal damnation, and rank us in the number of Thine elect. Through Christ our Lord. Amen. |
| **COMMUNION John 3: 8**<br>Spíritus ubi vult spirat: et vocem ejus audis, allelúja, allelúja; sed nescis unde véniat, aut quo vadat, allelúja, allelúja, allelúja. | The spirit breatheth where He will: and Thou hearest His voice, alleluia, alleluia: but Thou knowest not whence He cometh, nor whither He goeth, alleluia, alleluia, alleluia. |
| **POSTCOMMUNION**<br>Prǽbeant nobis, Dómine, divínum tua sancta fervórem: quo eórum páriter et actu delectémur et fructu.  Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | May Thy holy things, O Lord, fill us with divine fervor, so that we may delight alike in their performance and in their effect.  Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |